



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Inuidia fugienda est propter duo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

- Ifyd. Ifydorus. quā ergo magna consolatio debet esse fidelibus? quia sicut dicit
- Greg. Grego. Scit caelestis medicus quid nobis daturus est ad consolationem, & quid subtracturus ad exercitationem. Tertium est, cōsideratio propriorum defectuum. Facilius enim quis portat aliorum defectus, quando considerat suos. Prou. Homo indigens misericors est, &c. Considerata profectō in firmitate propria, mala nobis ipsa excusat aliena.

Invidia fugienda est propter duo.

- P**rimum est, quia bonitati aduersatur Dei. Bonitas enim Dei largita est omnibus, de quo dolent inuidi, sed uolunt eam sibi esse largam, dolent enim de bonis proximi sui ab ipsa culpa eius. Vnde sapientiam Dei suam & bonitatem nequeunt cognoscere.
- Sap. 6. Sap. 6. Neq; cura inuidia tabescenter iter habeo, quoniam talis homo non erit particeps sapientiae. Secūda, quia inuidus diabolo affimiliatur. Sapientia Inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum, &c. et Ifyd. Inuidus mundum est diaboli, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum diabo-

lus parentes nostros seducere uoluit, quia inuidebat eis regnum cælorum quod perdiderat, & nunc facit similiter nobis. Inuidus enim socius est diaboli, quia per inuidiam fratres uendiderunt Ioseph, Cain occidit Abel, Iudei Christum crucifixerunt. Et Augustinus. Per inuidiam Christus crucifixus est, ideo autem qui inuidet fratrem suum, crucifigit Christum. August.

Inuidia mala sunt quatuor.

Primum est, quia cuncta bona ex terminat. Vnde Isidorus. Cuncta bona uirtutum germina inuidia concremat. Et Gregorius. Nam cum inuidia mentem tabefecerit, cuncta quæ inuenerit bene gesta consumit. Secundum est, quia inuidum cruciat. Vnde Isidorus. Inuidia animi ut tinea sensum comedit, pectus urit, mentem afficit, cor hominis ut quædam pestis depascit. Inuidus uult potius carere bono, quam socium in eo habere, potius uult socium habere in miseria, quàm in felicitate. Tertium est, quia aufert bona homini proximi, quæ essent sua si eum diligeret. Augustinus. Pensent inuidi quantum bonum est charitas, quæ aliena bona sua facit. Isyd. Grego. Isyd. August.